

Balthasar Mentzer Franz Arnold


De Ecclesia Jesu Christi Disputatio

Giessae Hassorum: Hampelius, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74698863X>

Druck Freier  Zugang





95

52^b.6.



La 1092 (95)

Tomo hoc XLVII. continentur:

1. Dithemi Icarus Academicus Norimb 1643.
2. Acclamatione preceptiva Academiae Genesie cum eo
descenderet idem Ditherrus.
3. Orationes inauouales Academiae Ludunensis Patavoru.
Polyadori. Walai. Anno. 1620.
4. Thysii.
5. Hommi.
6. Sinapij.
8. Ravi Panegyria Orientalib; linguis Trajecti ditta. 1643.
9. Hier. Welleri Consilium de studio Theol. Rostoch 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostochi. 1643.
11. Iusti Jone oratio de eodem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Heimfii. Homilia in Natalem Domini. Lugd. 1613.
13. —. In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpij de Vinbu; liberi Arbitrii coll. loc. III, 4. s. 1645.
15. Samhauen Doming gloria crucifixus. 1633.
16. —. De Melchisedeco e Gen. XII. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. —. Analysis Capiti; Vad. Romanor. eodem.
19. Dorschauc De tribu; testib; in Terra. 1. s. 1. s. 1635.
20. —. De Peccato originali. eod.
21. —. Synopsis Theol. Zachariana.
22. —. ad Hebr. XIII, 8. 1643.
23. —. ad Act. IV, 27. 28. 1646.

24. D. Mentzerus de Ecclesia. 1608.
 25. D. Hamerkenig de Persona Christi. 1645.
 26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostoch. 1692.
 27. ———. Pars II. ———
 28. Jo. Croig de Orthodoxa Fidei Delecta Mamp. 1619.
 29. ———. Vano. per Europā Doctrina cum script. s. conformitas.
 30. ———. De Apostolici nominis causis.
 31. ———. De Apostolica Ecclesiarū Vrang. Doctrina.
 32. ———. De Catholicismo Eccl. Evangelicae.
 33. ———. De Antiquitate Relig. Evangelicae.
 34. Gocklenii Theses Apologeticae contra Finckium. 1606.
 35. ———. De Analogia seu proportione.
 36. Perzelius de S. Coena Stempforti 1602.
 37. Tossani Theses contra Evangelicos. ibid. 1605.
 38. Ravenspengeri Samson redivivus. ibid. 1619.
 39. Heyderi Ruae quæstionum Theol. Maynurgi. 1611.
 40. Eglami de Generaliōe Christi. ibid. 1608.
 41. ———. De Fide justificante. ibid. 1617.
 42. ———. De Peccato in Spiritum S. cod. 44 β. Croig de Pecc. de Baptismo.
 43. ———. De Predestinatione. ibid. 449. Doctrina
 44. ———. ~~Compensationem pro peccatis~~ Doctrina
 45. Conradig Vorshig de Idolatria Pontificiorum in cultu Iuriani.
 46. ———. ~~Ita~~ Stempfort. 1608.
 47. ———. De Idolatria eorum in cultu sanctorum
 48. ———. In cultu Imaginum
 ———. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Roeshii Soc. Jes. Disputatio Paradisiaca
50. Corradi Vossii Oratio Apologetica in
pleno Confessu Ordinum Hollandiae et Westphaliae
Gita. Hartmanni. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.
Graevae. 1646.
52. — De Anima Hum. Simplicitate. 1644.
53. — Deinde IV. Conclusionum metaphysicarum. 1646.

1. 8.
2. 3.
3. 11.
4. 24.
5. 29.
6. 2.
7. 2.
8. 38.
9. 24.
10. 39.
11. 4.
12. 4.
13. 4.
14. 4.
15. 4.
16. 4.
17. 4.
18. 4.
19. 4.
20. 4.
21. 4.
22. 4.
23. 4.
24. 4.
25. 4.
26. 4.
27. 4.
28. 4.
29. 4.
30. 4.
31. 4.
32. 4.
33. 4.
34. 4.
35. 4.
36. 4.
37. 4.
38. 4.
39. 4.
40. 4.
41. 4.
42. 4.
43. 4.
44. 4.
45. 4.
46. 4.
47. 4.
48. 4.
49. 4.
50. 4.

a - a	A - D
16	A - C
35	A - C
30	A - C
A - C	A - C
20	65
40	A - C
A - B	48
-	A - C
A - B	16
35	A - C
B - 36	A - C
A - 00	A - C
A - C	A - C
A - 00	A - C
A - B	A - B
A - D	A - K
A - 00	51
40	24
128	24
72	20
A - 00	
A - D	
14	
16	
32	
A - G B	
A - C	
A - 00	
A - C	
A - C	
B - G 1	
A - D	

24.

DE ECCLESIA JESU CHRISTI
DISPUTATIO,
De cujus subjectis thesibus,
Regente & protegente DOMINO nostro JESU
CHRISTO:

SVB PRÆSIDIO


BALTHASARIS
MENTZERI,

SS. THEOLOGIÆ D. ET PROFES-
SORIS ORDINARIÏ, IN ACADEMIA
GIESSENA,

Publicè rationem redditurus est

M. FRANCISCUS ARNOLDUS
HEILBRUNNENSIS,

Ad diem III. Junii, horis pomeridianis in Auditorio majore.



GIESSÆ HASSORUM,
Excudebat Nicolaus Hampelius, Typogr. Acad.

MDC VIII

3
34
2
38
24
39
42
50
48
49
44
48
47
46



GENERE ET VIRTUTE VIRIS
NOBILISSIMIS, SPLENDIDISSIMIS ET
PRUDENTISSIMIS,

DN. BERNHARDO A MENZINGEN,
SENIORI, QUADRUMVIRO LIBERÆ
NOBILITATIS CREICHGOIÆ

ET

DN. ENGELHARDO GÖLERO A
RABENSPURG, ILLUSTRIS. MAR-
CHIONIS BADENS. ET HOCHBURG.

Consiliario intimo, præfecto Durla-
censi, patronis suis.

S. D. P.



LASSICA disputatio est; Viri Nobilissimi, quæ
jam à tempore reformatæ Ecclesiæ nobis cum
Pontificiis intercedit, de vera Dei in his terris Ec-
clesia: quænam illa sit: quæ ejus autoritas: quo-
modo agnoscat, & ab aliis cœtibus dignosca-
tur? illi non tantùm suam Ecclesiam pro vera ja-
ctitant, sed & eam illi auctoritatem tribuunt, quæ & dominium ha-
beat in reliquis omnibus, & indubiam infallibilitatis auctoritatem; ita
ut absolute & nullo modo errare possit: sed quicquid tenent omnes
fideles, tanquam de fide, & similiter id, quod docent omnes Episco-
pi, tanquam ad fidem pertinens, necessariò sit verum. Unde crebrò
in ore habent coccyismos illos: Ecclesia ita tradit: Ecclesia errare non
pòtest: Ecclesia, Ecclesia! Et hoc latis probabile se nobis reddere pu-
tant, si ad ordinariam & concatenatam in sede Pontificia successio-
nem provocent, Judaizantes planè cum illis, qui similibus fascinati
carnalibus cogitationibus, titulo Ecclesiæ abutentes, veram Eccle-
siam Dei infestârunt; Prophetæ Domini & verbo Dei sese opposue-
runt: Et quamvis Idololâtricis cultibus insaniebant, tamen propter
nudam successionem illam ab omni errore se liberos esse magnis
cla-

*Bellar. de Eccl.
mil. l. 3. c. 14.*

Jerem. 18. 18.

clamoribus contenderunt. Caluam utrinq; consilium: sed vanissimi commentum. Viderunt enim Judæi, & hodie Pontificii, se turpitudinem errorum & traditionum suarum alio modo tueri non posse, quam si sub specioso hoc Ecclesiæ titulo eas Ecclesiæ Dei obtudant, quo uno commento, forti quidem imaginatione, sed falso præconciunt, omne stabiliri & ceu pallio tegi, quicquid Ecclesia tradat, aut fingat. Dignum sanè patella operculum! Sed nihil proficiunt illi: quia principium petunt; & id sibi sumunt, quod nos non dedimus, nec illi evicerunt. Quam insolentiam & jactantiam nos cum Propheta ita reprimimus, ut non dubitemus verba mendacii *Jerem. 7. 4.* appellare, in quibus non confidendum: cujus & arguit Spiritus sanctus, & evincit his ipsis locis palam, non tantum Ecclesiam, sed & totum sacerdotium in sua successione turpiter errasse. Contrà autem docet, eam esse veram Ecclesiam, quæ verbum Dei audit; & Prophetiæ prædicationi morem gerit, adeoq; verbum Dei potius fundamentum statuit, cui Ecclesia superstructa est, & à quo omnem auctoritatem suam accipit & tuetur. Ex quibus constat, idem adversariis accidere, quod militi præcoci, qui in aperto campo animosè aliquandiu velitatur: tandem tamen à fortiore pressus, vitæ redimendæ causa, intra ædificium aliquod se recipit, ubi securè parieti innixus, à serpente clanculum ibi prodeunte lethaliter vulneratur. Sic adversarii in area Ecclesiæ fortes & tumultuantes; sed fortiori telo coacti intra Ecclesiæ penetralia, ex Scripturis, Ecclesiæ fundamento probationes petere adiguntur. Quod cum facere conantur, non modò ab omni Scripturæ probatione destituuntur, sed per ipsas etiam confodiuntur & conficiuntur. Ex hoc igitur latibulo ut protrahamus adversarios, operæ pretium est ex veris fundamentis sapius disputare & demonstrare, quænam sit vera Dei Ecclesia, unde & quanta ejus auctoritas? Quod cum Reverend. & Clariss. præses & præceptor meus honorandus secum repeteret, de hac materia disputare cõstituit: Quam cum ad manus mihi dedisset, libentiùs in hac ipsa me exercere volui.

Tibi autem nobiliss. Dn. BERNHARDE inscribere volui, propter summa beneficia & favorem, quibus unà cum Domino fratre PHILIPPO ERHARDO, me ab eo tempore complexus es, quo commendatione Amplissimi & Clarissimi viri, Dn. JACOBI FEIERABENDT, J. II. Doctoris & Consulis Reipubl. Heilpronnensis, promotoris mei cõlendi, vobis innotui, atque filiis vestris præfui, BERNHARDO & JOHANNI BERNHARDO A MENZIN-

A 2 GEN,

GEN, ingenii dotibus nobilissimis, mihiq; lemper charissimis. Singu-
larem autem favorem erga me declarastis, cum superiore anno ex
longinqua fatis & difficili peregrinatione cum filiis domum rediis-
sem, quod aliquoties valedicturum tenuistis; tandem tamen habita-
ratione meorum studiorum, bona cum gratia dimisistis, & sumpti-
bus instruxistis. Addo quod & nuntiis vestris me interea honorastis,
cum de aliis; tum de studiis filiorum mecum communicastis. Tibi
verò, ocelle veræ nobilitatis, ENGEL HARDE GÖLLERE adscribo,
tum propter plurima beneficentie & favoris testimonia, quibus me
præter meritum hæcenus affecisti: tum præcipuè propter summam
virtutem tuam, quam amo: & qua unà cum Nobilibs. DN. BERN-
HARDO socero tuo æqualiter me tibi hæcenus devinxisti, & etiam-
num deviciis toties, quoties mecum reputo; insigne pietatis tuæ &
illius studium, prudentiam in consiliis crebrò à vobis requisitam,
quàm uterque ex peregrinationibus, linguarum & juris cognitione
hausistis: tum eloquentiam, cujus vim non rarò in privata conversa-
tione exeritis, sed maximè in legationibus in vobis agnoscunt ordi-
nes & conventus equestres, status, principes, Electores, & ipse Imper-
ator. Quibus virtutibus & multis aliis, tanquam illustri face, in toto
nostro curriculo nobis præluxistis, ita ut verè dicere possim, me solo
vestro nomine & exemplo domestico plus docuisse, quàm præce-
ptis profecisse. Adeoq; magno labore me sublevastis: illos informas-
tis. Imò tacitè eò deduxistis, ut non tantum dona illa in vobis me-
cum reveantur, sed & fateri necesse habeat, ut si quidem his claris
vestigiiis non insistant, aut sanguinem hunc negare, aut ipso facto se
hoc ortu indignos facere. Quod illi indies magis atq; magis pensitan-
tes, in eam nuperrimè sententiam iverunt, se brevi facturos esse per
Dei gratiam, ut omnes intelligant, se non tantum velle vestris virtu-
tum vestigiis insistere: sed & magnoperè velle. Quod igitur & mea-
rum partium est, significatione grati animi mei leviusculo hoc mu-
nere testari volui, & simul rogare, ut quem tanto vestro favore hæ-
cenus dignati estis, eodem & in posterum foveatis & faveatis: offe-
rendo interea quantulacunq; mea officia, & pro vestra & vestrorum
incolumitate preces ad Deum, cujus protectioni omnia commen-
datissima esse contendo. Datum Gieslæ, 24. May, Anno M. DC. IIX.

Vestra Nobilit. Observantissimus

Franciscus Arnoldus.

Dispu-



DISPUTATIO
DE ECCLESIA JESU CHRISTI.

THESIS I.



E Ecclesia piam $\sigma\acute{\epsilon}\eta\tau\eta\varsigma$ instituturi, vocabulum prius exponemus, subjecturi postea definitionem, ejusq; explicationem & confirmationem.

2. Ecclesia vox Græca est, $\alpha\epsilon\upsilon\kappa\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon$, hoc est, ab evocando, quasi dicat evocationem. Ac proinde significat, tum separationem, vi particula $\epsilon\kappa$, nimirum ratione termini à quo: tum collectionem sive congregationem, ratione termini ad quem.

3. Celebre fuit illud nomen apud Græcos. Distinxerunt autem Attici inter $\epsilon\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\iota\alpha\varsigma$ καὶ ἀγορᾶς: quod nomen Ecclesiæ fere significaret conventum totius populi ordinatum, ac per suos ordines voce preconis evocatum ad locum publicum: ἀγορᾶ autem confusam & promiscuam multitudinem. Vnde $\epsilon\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\iota\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon$ significat ad vocare in concionem.

4. Variè autem usurpatur vox Ecclesiæ in Scripturis. I. generalissimè pro quovis cætu sive conventu hominum. Act. 19. 23. vocatur $\epsilon\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\iota\alpha$ συγκεχυμένη, confusa hominum multitudo, quorum pleriq; nesciebant, qua ex causa convenissent: v. 39. vocatur $\epsilon\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\iota\alpha$ $\epsilon\upsilon\nu\omicron\mu\omicron$ & $\epsilon\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\iota\alpha$, legitimus conventus, vel etiam stata, scilicet ordinaria concio, qua certo tempore & certo loco habebatur: sicut hodiè sunt stati conventus Christianorum diebus Dominicis & festis: & in be-

ne constitutis Rebus publ. sunt statim dies, quibus convocatur Senatus ad tractanda negotia publica.

5. II. Specialiter Ecclesia accipitur pro cœtu hominum religionis causa convocatorum. Quæ est falsa vel vera. Illa vocatur Ecclesia malignantium, Psal. 26. 5. Hæc verò Ecclesia Dei.

6. Ecclesia Dei est tum Veteris Testamenti in populo Iudæorum ante natum Christum: tum Novi Testamenti per totum terrarum orbem, post exhibitum Messiam.

7. Hæc Dei Ecclesia dicitur exquisitè, propriè & principaliter cœtus Electorum: qui inde ab orbe condito in V. & N. Testamento usq; ad finem mundi per Evangelium ad regnum Christi vocati, constanti fide Christum (sive exhibendum sive exhibitum) sunt amplexi. Epist. ad Hebr. c. 12. v. 23. vocat Ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis. Apocal. 21. v. ult. qui conscripti sunt in libro vite agni. Vide etiam Apologiam August. Confess. art. 7. & 8.

8. Estq; vel militans in his terris, nempe cœtus iustificatorum, qui adhuc carne circumdati assiduè aduersus peccatum, carnem, mundum & Satanam decertant, Ephes. 6. v. II. I. Petr. 5. v. 8. 9.

9. Hæc dicitur Universalis, nempe universus cœtus fidelium, quo vis tempore, ubi vis locorum & gentium, verbi Dei predicatione & Sacramentorum dispensatione collectorum, Matt. 26. v. 13. Marc. 14. v. 9. c. 16. v. 15. Coll. 1. v. 6.

10. Vel particularis: nimirum certus aliquis Christianorum cœtus, certo tempore & loco per Evangelium collectus: ut Ecclesia Hierosolymitana, Act. 2. v. ult. Antiochena, c. II. v. 26. Romana, Rom. 1. v. 9. Corinthiaca, I. Cor. 1. v. 2. Vittebergensis, Giessena, Darmbstatina, &c.

11. Et hæc vel frequentior est sive amplior, hoc est, pluribus constans membris, ut Hierosolymitana, Ephesina: vel arctior constans paucioribus Christianis, ut Ecclesia aliqua domestica, qualem D. Apostolus scribit fuisse in domo Priscilla & Aquila, Rom. 16.

v. 3.

v. 3. 5. 1. Cor. 16. v. 19. quò referri debet Christi illa promissio: ubi sunt duo vel tres congregati in meo nomine, sum in medio eorum, Matth. 18. v. 20.

12. Vel est Ecclesia Triumphans in cælis, nempe cætus glorificatorum (quantum ad animam, certo gradu: plena autem glorificatio in extremo iudicio futura est, Philip. 3. v. ult.) qui jam cum Christo vivunt in cælis, de peccato, Satana, mundo & carne devictis triumphantes, Apoc. 7. v. 9. 10. 14. Hebr. 11. v. 22. 23.

13. Populariter & Convencionalis Ecclesia accipitur. I. pro toto cætu vocatorum: in quo sunt sancti & non sancti: passim. II. pro parte ejus I. pro senatu Ecclesiastico particularis alicujus Ecclesie, qui nomine Ecclesie tractat ea, quæ ad ipsam spectant. Matth. 18. v. 17. Dic Ecclesie. D. Paulus vocat presbyterium. 1. Tim. v. 4. 14. sic Ecclesia dicitur vocare, examinare, constituere, ordinare ministros, &c. quia presbyterium nomine illius Ecclesie vocat, examinat, &c. 2. pro grege, hoc est, ovibus sive auditoribus, Actor. 5. v. 11. 15. v. 4. 22.

14. Nussiam autem Ecclesie nomine Unus aliquis singularis homo intelligitur: cum congregatio sive cætus, sive concio non sit nisi plurium. Est enim Ecclesia nomen collectivum corporis sive universitatis ex personis pluribus adunata: quemadmodum & ipsa glossa tradit in cap. 36. quia passus, de consecrat. dist. 2. sub litera h.

15. Neque cum illis facimus, qui Ecclesiam interdum dici putant pro loco, in quo fideles ad Dei verbum predicandum vel audiendum conveniunt. Exempla enim desunt.

16. Hebraea appellatio cahal à convocando, & edah à congregando sumpta est. Fit enim vocatio hominum ad Christum voce Evangelii, tanquam aliqua tuba, sicut loquitur Dominus. Es. 58. v. 1. quasi tuba exalta vocem tuam. Et Baptistâ: Ego, inquit, vox clamantis in deserto. Ex. 25. v. 22. Deus de taberna-

eulo & imprimis de propitiatorio: conveniam tecum illuc, inquit, & loquar tecum. Vnde Ecclesia dici posset conventus, in quo Deus loquitur hominibus, & suam voluntatem proponit.

17. In Veteri Testamento apud 70. Interpretes passim extat vocabulum *Ἐκκλησία*, & τὸ συνέχειν à colligendo, cogendo, congregando. Quæ vox in N. Testamento semel usurpatur de Novi Testamenti Ecclesia. Iacob. 2. 2. & Hebr. 10. v. 25. extat appellatio *ἡ Ἐκκλησία*: quæ deducta videtur ex dicto Christi, Matth. 23. v. 37.

18. Voluit autem Spiritus Sanctus Christianorum cætum Ecclesiam potius quàm synagogam appellare, ut ostenderet, non jam amplius inter solos Iudæos, sed per totum terrarum orbem Christo colligi sanctum cætum inter omnes gentes: ut hoc modo appellationis latitudo familiæ Christi amplitudinem significaret.

19. Porro Deus generatim omnes gentes vocat per Evangelium ad suum cultum, Matth. 28. Marc. 16. & speciatim etiam certos homines, ad certas, singularesq; functiones, sicut dicitur, Act. 13. v. 2. Separate mihi Paulum & Barnabam ad opus, ad quos vocavi eos. Et Ephes. 4. v. 11. dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios Evangelistas, alios pastores & Doctores.

20. Ad nomen Ecclesiæ sæpè adjicitur nomē Dei, ut discrimē notetur inter congregationes politicas & conciones civiles, atque inter hanc sanctam congregationem, quæ sit nomine Dei, in qua ipse Deus præsens est, & suam voluntatem declarat, & efficaciter operatur. Vocatur igitur Ecclesia Dei, Act. 20. v. 28. 1. Corinth. 10. 32. cap. 11. 16.

21. Et ista quidem appellatio etiam Ecclesiæ V. T. tribuitur, sicut Mich. 2. v. 5. dicitur Ecclesia seu cætus Iehovæ. Quare ad discrimen notandum sæpè in N. T. dicitur Ecclesia Christi, ut Rom. 16. v. 16. Collossens. 1. 24. Et Christus Matth. 16. v. 18. Ecclesiam meam, inquit, ædificabo super hanc petram: quia nimirum est ipse data à patre, tanquam hereditas. Psal. 2. v. 8. & ipse eam suo sanguine acquisivit, Act. 20. v. 28. & est ipsius fundamentum unicum,

1. Cor.

1. Corinth. 3. 11. & sponsus ejus, Os. 2. 19. Ioh. 3. 29. Ephes. 5. 23. & seq.
Hinc appellamus Ecclesiam Christianam & homines Christianos: cujus varia extant in Scripturis appellationes, quæ ab aliis annotatae sunt, apud quos vide. Et de nomine quidem sine vocabulo hæcenus: sequitur definitio.

22. Ecclesia est cœtus hominum, à Christo per prædicationem Evangelii & administrationem Sacramentorum ex universo mundo evocatorum, & congregatorum ad regnum Dei: in quo Deus per ministerium Evangelii est efficax, & multos ad vitam æternam regenerat: quibus tamen mixti sunt non sancti, sed tamen in professione fidei consentientes.

23. Definitum τὸ ἐκκλησίαν ἐστὶν vera Ecclesia, in significatione speciali: & imprimis intelligitur Ecclesia N. Testamenti. Notatur ea voce, & is qui vocat, nempe Deus: & qui vocatur, nempe homines: & ipsa vocatio, quæ fit per ministros, voce Evangelii: terminus à quo, nempe ex corruptione, terminus ad quem, nimirum ad regnum gratiæ.

24. Genus in definitione est cœtus, nempe hominum. Sic Scriptura vocat populum Dei, populum acquisitionis, gregem, multitudinem credentium, gentem sanctam, civitatem & domum Dei, item domesticos Dei & concives, corpus Christi, concilium seu congregationem justorum, &c. Psal. 111. v. 1. Pet. 2. v. 9. Ephes. 2. v. 19. Act. 4. v. 32. c. 5. v. 11. c. 11. v. 26. c. 13. v. 1. c. 14. v. 6. 26. Matt. 18. v. 20. Vbi sunt duo vel tres, &c.

25. Appellatione hominum intelligo generatim quosvis homines gentis, nationis, generis, atatis, conditionis, sicut Christus inquit Matth. 28. v. 19. Docete omnes gentes, & Marci 16. v. 15. predicare Evangelium omni creaturæ.

26. In V. T. quidem nonnulli erant disertè, justissimo Dei judicio propter horribilia antegressa peccata, ab Ecclesia Iudæorum exclusi: & ordinariè soli Iudæi censebantur pro electo Dei populo,

B qui-

quibus tamen aliqui gentiles sese aggregabant, vide Psal. 76. v. 2. 3. Psalm. 147. v. 19. 20. Matth. 10. v. 5. 6. c. 15. v. 24. Roman. 9. v. 4. Ephes. 2. v. 12.

27. In Novo autem Testamento medius paries maceria solutus est, Ephes. 2. v. 14. ut non sit Iudæus, neque Græcus, non servus neque liber, non masculus, neque femina, Gal. 3. v. 28. sed in omni gente, quisquis Deum timet, sit illi acceptus, Act. 10. v. 35.

28. Non facimus cum illis, qui Angelos etiam referunt ad Ecclesiam: cuius partes generales constituunt duas, Angelicum & humanum genus. Quibus opponimus brevem syllogismum. Negata definitione negatur definitum. Definitio Ecclesie ad Angelos trahi non potest. Quare non possunt Angeli dici pars Ecclesie. Nam neque pro his Christus est mortuus, neque per Evangelium vocantur, neque illis offertur remissio peccatorum propter Christum, &c. Quod autem dicuntur Angeli electi, 1. Tim. 5. v. 21. huc non pertinet: & sensum habet facilem & expeditum.

29. Causam principem ad eum Dominum & caput Ecclesie exprimit definitio JESUM CHRISTUM. Et si enim communiter Deus dicitur Ecclesie Dominus, & hac dicitur Ecclesia Dei: tamen peculiariter vocatur Ecclesia Christi, qui eam suo sanguine acquisivit, ut thes. 2. exposuimus.

30. Porro quando de ordinaria collectione Ecclesie disserimus, utitur in ea Christus ministerio pastorum & Doctorum, qui sunt ipsius legati, & quasi os ejus, Luc. 10. v. 16. Ephes. 4. v. 11.

31. Vbi discrimen notandum inter eos, qui fuere immediate à Deo vocati ut Prophetæ & Apostoli, quorum doctrina simplici fide tanquam ferè divina suscipienda est, neque subjacet illa iudicio & examini ullius hominis, 2. Petr. 1. v. ult. Ephes. 2. v. 20. Et inter vocatos mediate: quorum omnis doctrina conformari debet exquisitè doctrinæ Apostolicæ & Propheticæ, ad ejusque normam exigi & examinari.

32. Ministri Ecclesie publici, & legati Christi, atque pastores

res gregis, vocantur *οἱ ποιμένες*, & praesunt Ecclesiae, solum Christo
tanquam Domino subsunt: cuius unius vocem audire ipsi & aliis
proponere debent, ab eaque, neque ad dextram neque ad sinistram in ullius
hominis, sive gratiam sive odium deflectere.

33. Nefas enim est, hominem ullum privato arbitrio praescribere velle ministris Christi regulam sive ordinem in Ecclesia docendi, verbo Christi & praxi Evangelicae contrariam. Exempli gratia prohibere publicam refutationem errorum, taxationem vitiorum & scelerum, &c.

34. Iidem autem Ecclesiae ministri, quatenus & ipsi considerantur ut oves Christi, recte censentur pro Ecclesia membris, & Ecclesiae subsunt, & est inter ipsos & reliquos Christianos communio honorum spiritualium. Quae distinctio necessaria est, & magnum usum habet contra Papistas, nomine Ecclesiae variis modis abutentes.

35. Ante diluvium, & Patriarcharum tempore, admodum erat frequens vocatio immediata, sicut etiam postea sub iudicibus & Regibus Iudaicis, usque ad Prophetam Malachiam: Sed in N. T. post Apostolorum tempora, certo ordine divinitus praescripto, & ab ipsis etiam Apostolis interdum usurpato, ministri Ecclesiae constituuntur: quem ordinem & nos observare aequum est, neque locum dare iis, qui extraordinariam vocationem praetendunt.

36. Modus & ratio sive forma colligendi Ecclesiam consistit in divina vocatione: quae sic praedicatione Evangelii, & administratione Sacramentorum: quae sunt media divinitus ordinata ad hominem illustrandum, & accedendum in illis fidem, qua salvi fiunt. Matth. 28. v. 19. 20. Marc. 16. v. 15. 16. Ioh. 3. v. 5. c. 17. v. 20. I. Pet. 1. v. 23. Rom. 10. v. 17. I. Cor. 1. 21. c. 3. v. 5.

37. Nota hic, eundem esse modum Ecclesiae colligendae & conservandae & propagandae, nempe per praedicationem Evangelii, & Sacramentorum dispensationem.

38. Observa etiam hic discrimen ante notatum, inter vocantes ministros sive pastores, & vocatas oves. Dicitur enim Eccle-

fit docere, non communiter sive promiscuè, sed per ministros suos; ut
discrimen maneat inter pastores & gregem.

39. Neg. tamen Christianos auditores habebimus pro bru-
tis ovibus, quæ nihil intelligant. Nam ipso Christo teste cognoscunt
ipsum oves ejus, & audiunt vocem ejus, Joh. 10. v. 14. 16. Et D. Apo-
stolus jubet Corinthios suos, tanquam prudentes judicare, quod ipse
scribit I. Cor. 10. v. 15. sicut Beroenses commendantur scrutantes
Scripturas, Act. 17. v. 11. juxta Christi mandatum, Iohan. 5. v. 39.
Scrutamini Scripturas: & regulam D. Pauli I. Thes. 4. v. 21. Omnia
probate, quod bonum est tenete, I. Epist. Ioh. c. 4. v. 1. probate spiritus,
si ex Deo sint.

40. Neque tamen unquam concedemus, Ecclesiam extolli
supra Prophetas & Apostolos, ut eorum scripta taxare præsumat, &
ita Ecclesia sit supra Scripturam, quod verè est filium extollere supra
patrem, & discipulum supra præceptorem.

41. Ut autem Christus est caput & sponsus Ecclesie & uni-
cus Præceptor; ita sancti Prophetæ & Apostoli pro Legatis Christi
immediatè missis agnoscendi & honorandi sunt, qui sua prædicatio-
ne Ecclesiam edificarunt, ut longè sit absurdissimum, divinam Scri-
pturam taxationi & examini & judicio Ecclesie subicere.

42. Tenendum etiam illud, prædicationem Evangelii, quæ
fit divina vocatio ad Ecclesiam, esse universalem, hoc est, omnibus
omniò hominibus debere Christum prædicari: secundum illud
Christi, Mar. 16. v. 15. prædicate Evangelium omni creaturæ. Qua-
re divina vocatio hominũ ad salutem est universalis. Et vult Deus
seriò omnes homines venire ad Ecclesiam, & audire Christum, &
pervenire ad agnitionem veritatis, & salvari, Matth. 3. 17. 23. 28.
Act. 17. v. 30. I. Tim. 2. v. 4. c. 4. v. 10. 2. Pet. 3. v. 9.

43. Ex quo fundamento refutandum est horrendum illud
dogma, de maxima hominum partis reprobatione & abje-
ctione: item discrimen illud Calvinisticum inter voluntatem fi-
gni sive significationis (quæ in verbo revelato est patefacta) & benepla-
nepla-

replaciti: quam dicunt voluntatem arcanam atq; absconditam.

44. Certum enim est, Deum Opt. Max. voluntatem suam de nostra salute in Evangelio per filium suum nobis revelasse & proposuisse, Ioh. I. v. 18. Rom. 16. v. 26. I. Tim. I. v. 9. 10. Ephes. I. v. 9. vide disputat. de elect. th. 43. 78. 82. & seqq.

Tom. I. Giesl.

45. Pari ratione hinc judicanda est distinctio vocationis efficacis & inefficacis: quam Calvinistæ simpliciter asserunt ex absoluta Dei voluntate, alios eligentis ad vitam, alios reprobantis ad mortem, sine ullo ad Christum vel fidem respectu, ex sola sua voluntate causas omnes antegrediente.

46. Contra Scriptura testatur, meram esse & propriam hominum culpam, vocationem divinam contemnentium & à sese repellentium, sicut de Iudæis ait Apostolus, Act. 13. v. 46. vide etiam Matth. 23. v. 37. Luc. 7. v. 30. Act. 7. v. 51. & c.

47. Vocatio enim Dei semper habet illum sibi propositum finem, ut homines ei obsequantur & ad Christum veniant: quod verissimum esse imprimis liquet in dispensatione Sacramentorum, per qua Deus singulos homines, qui baptizantur, vel sacra cœnâ utuntur, paternè ad se vocat, & gratiam suam, justitiam & vitam æternam eis offert. Vbi si effectus non sequatur, & recusent ibi homines parère vocationi Dei: hætenus quidem inefficax vocatio, hoc est, sine effectu salutari apud homines à nonnullis dici solet propter contemptum hominum & contumaciam: Ex Dei autem consilio & intentione, quisquis inefficacem dixerit, effugere non potest, quin Deum hypocrisicos arguet atq; mendacii: Quinimò non est illa sine effectu: quia contemptum vocationis illius Deus gravissimè punit, sicut testatur Christus, Matth. 23. v. 37. & D. Paulus Actor. 13. v. 46. & Rom. 10. v. ult. ex Es. 65. v. 2.

48. Quare satius est & tutius ad vitandam ambiguitatem, appellare aliam vocationem simplicem, si ve ev ωδάτης dictam, respectu vocantis Dei: aliam conjunctam, tum respectu vocantis Dei, tum hominis vocationi obtemperantis. Sicut D. Paulus sæpe ap-

pellat vocatos sanctos, hoc est, eos, qui vocationem amplexi sunt. Sic Rom. 8. v. 30. Quos vocavit, hos etiam justificavit: intelligitur vocatio Dei secundum propositum, v. 28. cum obedientia hominum conjuncta, hoc est, relatum & correlatum (& qui vocat, & qui vocantem sequitur) simul. At Matth. 20. v. 16. & c. 22. v. 14. Multi vocati, pauci electi: intelligitur vocatio simplex, sive & *ὁμιλία* dicta, hoc est, tantum respectu Dei vocantis, non conjuncta, quia homines ingrati vocationem illam divinam contempserunt, si commodiores termini dari possint, libenter nos eos admittemus: interim docendi causa illis pie utemur.

49. Quanquam autem vocatio Dei requirit etiam internam obedientiam hominum: non tamen dicimus nos cum Pelagianis illam homines prestare suis viribus posse, sed est ea effectum illius ipsius vocationis. Potest autem & omnino debet homo externam prestare pedagogiam, ut nimirum audiat cum studio discendi conciones sacras, ad quas vocatur: per quarum auditum & meditationem Spiritus sanctus vult esse efficax.

50. Dicitur in definitione vocari homines ex universo mundo: quae est notatio termini à quo. Sunt autem illa verba emphaticè accipienda, ut non solum notent corruptionem, pravitatem & impietatem, sed ipsum etiam gregem impiorum hominum Deum aversantium: qui per universum orbem dispersus est, Mar. 16. v. 15. Iohann. 17. v. 6.

51. Fit igitur illa evocatio à corruptione & peccato ad justitiam ab odio Dei propter peccata ad Dei gratiam & dilectionem propter Christum, ex tenebris ad lucem, ex morte ad vitam, ex regno Diaboli ad regnum Christi: itemq; ex via peccatorum, ex cathedra irrisorum, ex grege malignantium, ex consortio pravorum, ex multitudine impietentium, ad viam justitiae, ad domum Dei, ad familiam Christi, ad cœtum sanctorum, ad multitudinem credentium, Mar. 16. v. 16. Act. 1. v. 3. I. Tim. 6. v. 12. I. Pet. 1. v. 5. c. 2. v. 9.

52. Qui terminus ad quem simul notatur in definitio-

ne his verbis: Evocatorum & congregatorum ad regnum Dei. Vbi congregatio ponitur tanquam correlatum, & simile effectum evocationis. Nisi enim sint, qui vocationem Dei sequantur & audiant, Ecclesia dici non potest.

53. Vbi gemina obedientia spectatur: tum interna, qua est vera in Christum fides, tum externa, qua constit. 1. in paedagogia. 2. in historica notitia & fidei professione sive frequentatione sacramentorum concionum.

54. In qua hic ordo animadvertitur. Primò. Deus nos vocat per suos ministros, verbo Evangelii: ubi nostrum est audire illud verbum, studio discendi & meditari. Deinde per illum ipsum auditum Spiritus sanctus efficax est & operatur fidem. Atque sic principium nostrae obedientiae est vocationi divinae respondens externus auditus verbi Dei: quem (ut causam instrumentalem) sequitur, tanquam effectus (instrumento respondens) per efficacem Spiritus sancti operationem interna obedientia cordis, nempe fides.

55. Nam praeposterè illi docent, qui sentiunt, primò interna Dei vocatione animum excitari & moveri, ut deinceps verbo praedicato assentiatur.

56. Neque concedenda est separata actio Dei in homine intus illuminando, sine praedicatione & auditu Evangelii, & administratione Sacramentorum: sed potius ex divina ordinatione connectuntur & copulantur, causa princeps & instrumentalis, ut non nisi per ministerium Evangelii Deus operetur (de ordinaria Dei actione loquimur) & ministerium illud non nisi per divinam virtutem dicatur esse efficax & salutare.

59. Neque enim verbum est hominis sive humanum, quod proponit in Ecclesia minister Christi ex divinis Scripturis, sed ipsius Dei qui ipse loquitur per suum ministrum, 1. Thess. 2. v. 13.

58. In cætu illo hominum per Evangelium cōgregatorum sunt sancti & verè credentes: qui si in fide ad finem perseverent, sunt & dicuntur praedestinati sive electi secundum praenotio-

nem Dei Patris. 1. Pet. 1. v. 2. Rom. 8. v. 29. 30. Confer 2. Tim. 1. v. 9. & 2. Theff. 2. v. 13. ubi est pulchra electorum descriptio, tum à prenotatione siue præscientia Dei Patris, cui certo constat ab aeterno, quinam sint *οἱ μετὰ ὅλους πρῶτον ἰσχυροὶ* credituri in Christum ad vitam aeternam. 1. Tim. 1. v. 16. tum à mediis divinitus ordinatis, nempe ministerii Evangelii, per quod Spiritus sanctus nos justificat, hoc est, segregat ab impio mundo & à peccatis, purgat virtute sanguinis Christi, quo nos adspersit, ut in Christo & per ipsum gratos nos habeat Deus Pater. Additur etiam finis & effectus ministerii Evangelici, nempe ut obediamus Evangelio, hoc est, in Christum credamus, & sic per veram fidem aspergamur sanguine Christi.

59. Valde igitur absurdi sunt, qui per sanctificationem Spiritus, 2. Theff. 2. v. 13. & 1. Pet. 1. v. 2. intelligunt sanctitatem vitæ, siue studium novæ obedientiæ in renatis. Quis enim ferat ita loquentem per novam obedientiam homines electos esse ad salutem?

60. Non adversatur nostræ definitioni Ecclesiæ, ea quæ in Aug. Confessione habetur artic. 7. & 8. Distinguit enim confessio, sicut etiam Apologia, inter latiore vocabuli Ecclesiæ significationem, & strictiorem. Et rectè dicit: Ecclesiam propriè esse congregationem sanctorum & verè credentium. Addit enim admixtos esse multos hypocritas & malos, qui non sunt membra Christi, in quibus Christus nihil agit, quia tamen versantur in publico Ecclesiæ cætu & societate officiorum Ecclesiasticorum, dicit Apologia, esse eos membra Ecclesiæ secundum externam societatem signorum Ecclesiæ, hoc est, verbi, professionis, sacramentorum, præsertim si non sine excommunicati.

61. Maluit autem confessio dicere, Ecclesiam esse cætum Sanctorum & verè credentium, quàm cætum Electorum: ne quis vocem Electorum traheret in sensum alienum, de absoluto, quod vocare solent prædestinari, Dei decreto.

62. Vbi non est ut objicias, perinde esse, siue electi dicantur, siue sancti & verè credentes: cum fides & sanctificatio non possit amitti, quando semel data fuerit. Hunc

63. Hunc enim errorem Scriptura è diametro adversari, demonstravimus disputatione de electione, thes. 195. & seqq.

64. Latius igitur est appellatio sanctorum (renatorum) & verè credentium, quam electorum. Hi enim describuntur finali in fide perseverantiâ. Sancti autem & credentes, quando frenum laxant carnalibus desideriis, & fiunt securi, & deserunt congregationes aliorum sanctorum, & indulgent voluptatibus carnis, & patiuntur in se regnare peccata, amittunt fidem (hoc est, filiam erga Deum fiduciam) & gratiâ Spiritus sancti excidunt, patiuntur fidei naufragium, avertuntur à veritate, & nisi agant pœnitentiam, damnantur: id quod ex clarissimis testimoniis & exemplis Scripturarum demonstrari potest.

65. Cæterum quia electio & fides non potest perspicui humanis oculis, sicut dicitur 1. Reg. 8. v. 39. Tu solus nosti cor omnium filiorum hominum, & 2. Tim. 2. v. 19. Dominus novit qui sint sui, 1. Reg. 19. v. 18. Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genua in imaginem Baal, Luc. 17. v. 20. Regnum Dei non venit cum observatione: unde verè credentes definiuntur ex Rom. 2. v. 28. 29. qui in occulto sunt, & Psal. 45. v. 14. Ornatus sponsæ Christi internus est: nempe occultus homo cordis, 1. Pet. 3. v. 4. Et vita Sanctorum dicitur abscondita esse cum Christo, Col. 3. v. 3. inde nata est distinctio inter Ecclesiam invisibilem & visibilem.

66. Quæ non est duplex sive geminâ Ecclesia, quarum sit una separata & sejuncta ab altera: sed sunt diversi considerandi modi, atq; respectus in una vera Christi Ecclesia: qui tamen respectus non efficiunt Ecclesiam à seipsa diversam aut multiplicem, ut ex tota hac nostra definitione planissimum esse potest. Vide etiam D. Chemnitium part. 3. loc. Theol. de Ecclesia. c. 3. f. 141.

67. Dicitur enim Ecclesia visibilis propter prædicationem verbi, & sacramentorum administrationem, quæ in oculos & aures incurrunt, sicut & alia externa Ecclesie officia: adeoq; ipse cætus hominum congregatorum omnino cernitur: ut non opus sit Pontificiis,

C

tificiis,

ificiis, multis argumentis hoc confirmare, quod tantum abest, ut negemus, ut non possit nostra subsistere definitio, nisi hoc ipsum asseratur: id quod manifestum evadit ex doctrina de notis Ecclesia, ut postea videbimus.

68. Invisibilis autem Ecclesia dicitur (non alia, si ve diversa vel separata à visibili, vel extra si ve prater visibilem, sed in ea) cætus sanctorum & verè credentium. Qui quidem & ipsi eatenus visibiles sunt & dicuntur, quatenus sunt homines, qui sacros cætus frequentant, verbum Evangelii audiunt, & Sacramentis utuntur: verum quia fides ipsorum & electio Deo quidem nota est, humanis verò oculis non patet, hæctenus & hoc respectu cætus ille appellatur Ecclesia invisibilis.

69. Eodem planè modo, sicut I. Reg. 19. v. 14. & 18. describuntur reliquæ verè credentium in regno Israelitico. Quem insignem locum repetit D. Paulus Rom. 11. v. 3. 4. & applicat ad disputationem de temporali rejectione Iudaorum ob contemptum Evangelii.

70. Vnde nos tale formamus argumentum. Septem ista millia virorum, qui genu non flexerunt Baal, fuerunt vera Dei Ecclesia, ut constat. Non autem visibilis: Elias enim non agnovit: qui putat se solum remansisse. Ergo invisibilis.

71. Vbi & illud notamus: illo tempore ipsum etiam externum ministerium in populo Israelitico cessa-visse.

72. Frustrà igitur excipiunt Romanenses, tempore Elia fuisse visibilem Ecclesiam sub Iosaphato Rege Iudæ: itemq; verba Elia intelligenda esse non generatim de quibusvis fidelibus, sed tantum de Prophetis, quos omnes dicat occisos, ut ipse solus remanserit.

73. Nam quæstio eius loci tota est de Ecclesia Israelitica sub Achabo & Iesabel, ut liquet ex I. Reg. 18. & 19. capp. Et loqui Eliam non de solis Prophetis, ex quibus ille solus remanserit, sed in genere de fidelibus, probatur I. ex ipsius verbis, I. Reg. 18. v. 21. & c. 19. v. 10. Vbi conqueritur de generali Apostasia Israelitarum, quod pacto Dei
dere-

derelicto cultum Baaliticum sequantur, & ministerium sacrum aboleverint, sublatis è medio veris Dei Prophetis & cultoribus, ut ipse de vita tutus esse non possit. 2. Ex responsione Dei, de septem millibus (non Prophetarum, sed) fidelium adhuc reliquis. 3. Ex applicatione Apostolica, Rom. 11. ubi de fidelibus & electis, non autem de Prophetis aliis præter Eliam, disputari certum est.

74. Quod autem 1. Reg. 18. v. 22. Elias: Ego, inquit, remansit Prophetæ Domini solus: huc non pertinet. Nam ibi ipse unus opponitur quadringentis & quinquaginta Prophetis Baal, ut verba immediate sequentia ostendunt.

75. Libet hic ex ipsis Papistis querere, sintne omnes electi & fideles visibiles in cœtu aliquo amplissimo auditorum Evangelii? in quo tamen ipsi dicunt esse bonos & malos. Desinant igitur oppugnare nostram hanc sententiam.

76. Erroris ipsorum principium ex eo est, quod sibi imaginantur, Ecclesiam invisibilem esse Ecclesiam separatam sive peculiarem, extra & præter Ecclesiam visibilem. Quod secus est. Omnes enim renati sunt etiam vocati: ac proinde sunt in Ecclesia visibili: & propter ipsos tribuuntur Ecclesie honorifica illa præconia & insignes tituli, per synecdochen sacris literis usitatam, de qua vide Augustinum Epist. 59. ad Paulinum, circa medium: Scripturæ mos est, ita loqui de parte, tanquam de toto, &c.

77. Est enim Ecclesia corpus ex multis aggregatum, qui non sunt omnes ejusdem generis, quantum ad veram & vivam fidem in Christum, & Christianam charitatem attinet: sed tamen in fidei sive doctrinæ Christianæ professione consentiunt.

78. Unde jam patet, non fingi à nobis Ecclesiam geminam, sed unam numero Ecclesiam agnosci: in qua tamen duplex hominum genus reperitur, unum eorum, qui verè in Christum credunt, alterum verò hypocritarum & impœnitentium.

79. Et firmiter tenemus axioma: Extra cœtum vocatorum non esse quærendos electos. Et omninò probamus ve-

rissimas illas Cypriani sententias, imperitè & sine causa à Papistis nobis objectas: Christianum non esse, qui in Christi Ecclesia non est: salutem extra Ecclesiam non esse: Non posse habere Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem, &c.

80. Quare certum nobis est, non nisi in cœtu Ecclesie visibilis, in quo sonat Evangelium, & Sacramenta juxta Christi institutionem dispensantur, esse ecclesiam invisibilem, hoc est, cœtum sanctorum & verè credentium.

81. Porro in Ecclesia esse admixtos hypocritas & malos sanctis & verè credentibus, probant variae parabole à Christo propositæ, Matth. 13. de agro ferente triticum & Zizania, v. 24. de verriculo continente pisces bonos & malos, v. 47. Matth. 3. v. 12. de arca, in qua & triticum depositum est & palea. Matth. 22. v. 10. 12. de nuptiis, ad quas vocantur & veniunt boni & mali. Matth. 25. v. 1. de virginibus prudentibus & fatuis. Ioh. 10. v. 12. de ovili, in quo sunt oves & hirci. Iohann. 15. v. 1. de vite, in qua sunt multi palmites steriles. Luc. 13. v. 7. de arbore non habente fructus. Sic D. Paulus 2. Tim. 2. v. 20. in magna, inquit, domo (quæ est ecclesia Dei vivi, 1. Tim. 3. v. 15.) quedam vasa sunt aurea & argentea, quedam lignea & fictilia, quedam in honorem, quedam ad ignominiam: Aliaq; testimonia & argumenta, & exempla similia.

82. De hac vera Ecclesia dicitur in Symbolo Niceno: Credo unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Quæ Epitheta, ut ante monui, de tota ecclesia prædicantur conveniendos, propter sanctos & verò credentes in ea, unitatem Spiritus per vinculum pacis servantes, Ephes. 4. v. 3. & seqq.

83. Primò dicitur Una: cujus unitatis vera ratio exponitur à D. Paulo, Ephes. 4. v. 3. 4. 5. 6. Nam 1. Ecclesie unitas consistit in Deo uno illo & vero, qui est Pater & Filius & Spiritus sanctus, à quo colligitur, quem agnoscit & celebrat, cujus est familia & domus, à quo etiam accipit cælestem gloriam, Rom. 8. v. 16. 17. 2. in Christo, tanquam fundamento unico. 1. Cor. 3. v. 11. qui est Eccle-

Ecclesia Dominus, quam proprio suo sanguine acquisivit, Act. 20.
v. 28. I. Pet. 1. v. 19. ac proinde etiam eum defendit & tuetur contra
quosvis hostes, ut ne quidem inferorum porta adversus eam prava-
lere possint. Matth. 16. v. 18. 3. In uno Evangelio seu doctrina
fidei. I. Cor. 1. v. 10. Iuda v. 3. Iob. 1. v. 18. Rom. 16. v. 26. Gal. 1. v. 8.
4. In iisdem Sacramentis, Baptismo & Cæna Domini. I. Cor.
12. v. 13. Gal. 3. v. 27. Rom. 6. v. 3. I. Cor. 10. v. 17. 5. In una spe
vitæ æternæ. 6. in unitate corporis mystici: tuus caput est
Christus, & fideles ipsius membra. Rom. 12. v. 5. I. Cor. 12. v. 13. &
seqq. Ephes. 1. v. 22. 23. c. 4. v. 15, 16. Act. 4. v. 32. 7. In unitate
Spiritus, I. Cor. 12. v. 4. 13.

84. Hinc apparet, gravissimum esse Papistarum errorem,
quando unitatem Ecclesiæ estimant ex obedientia erga unum, quem
vocant Christi in terris vicarium, Romanum Pontificem, Bell. lib. 3.
de consil. & Ecclesia. c. 2. Francisc. Costerus in Enchiridio de Ecclesia,
p. 92. Col. An. 93.

85. Nam ut de ipsis etiam Romana Ecclesiæ Episcopis pri-
morum seculorum respondeamus, unitatis perpetua ratio non potest
poni in homine fragili, mortali, mutabili. Et unum caput visibile ef-
se non potest omnium per totum terrarum orbem Ecclesiarum. Neq;
agnoscimus Vicarium Christi in terris, quem scimus Ecclesiæ suæ ad-
esse presentissimè: adeoq; affirmamus Antichristum esse, qui se Chri-
sti Vicarium, & Ecclesiarum omnium universalem Episcopum ap-
pellat. Et quid futurum, vacante Romana sede? vel à duobus aut tri-
bus simul occupata? Neq; enim vel àxi Καίτοι Ecclesiam dicimus, vel
bicipitem vel tricipitem. Figmentum autem illud distinctionis inter
caput invisibile & visibile explodimus. Cúmq; Papa possit operam
navare diabolicis artibus, Fr. Costero teste in Enchir. de sum. Pontif.
p. 152. & mancipium Diaboli, adeoq; Diabolus incarnatus (vide
Dist. 40. C. si papa, & Concil. Constantiense sessione. 11.) quæso te,
qualia futura sunt membra talis capitis? Alia taceo. Ea enim de-
mum vera est unitas, qua in Domino unum sunt, qui in ve-

ritate sanctificantur. Sanctifica eos, inquit Christus ad Patrem suum caelestem, in veritate. Sermo tuus est veritas, Ioh. 17. v. 17. ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis unum sint, v. 21.

86. Secundò Ecclesia dicitur sancta, I. propter caput sanctissimum & sanctificans. Christus enim eam sanctificat, Ephes. 5. v. 26. nempe eam diligendo, & pro ea semetipsum exponendo, v. 25. Hebr. 10. v. 14. Huc pertinent dicta, in quibus Christus vocatur caput Ecclesiae. II. ex causa instrumentali, tum offerente & exhibente, nempe verbo & Sacramentis: tum recipiente sive apprehendente, nempe fide. Vocatur enim Ecclesia vocatione sancta, 2. Timoth. 1. v. 9. & per verbum credit, Ioh. 17. v. 20. nempe auditum, Rom. 10. v. 17. & in ea veritate verbi sanctificatur, Ioh. 17. v. 17. 19. nempe per Spiritum sanctum arrhabonem hereditatis, 2. Cor. 1. v. 22. Ephes. 1. v. 13, 14. & purgatur lavacro aquae in verbo, Ephes. 5. v. 26. & fide purificatur, Actor. 15. v. 9. nempe imputatâ ipsi per fidem sanctitate Christi, 1. Cor. 1. v. 30. fulget enim non suo, sed Christi lumine, & splendorem sibi accendit de Sole iustitiae, ut inquit D. Ambros. lib. 4. hexaemeri. c. 8. III. ex causa finali seu scopo ultimo: quia contendit ad sanctitatem perfectam in vita aeterna, Eph. 5. v. 27. Sic enim D. Augustin. locum illum rectè interpretatur, lib. 1. retract. c. 7. & lib. 2. c. 18. IV. ex effectis sanctitatis in hac vita, nempe inchoata obedientia & operibus sanctis, & studio pietatis, Luc. 1. v. 75. 1. Pet. 1. v. 15. V. Deniq; ex subjectis sanctis rebus, in quibus occupatur, tum in divino cultu, praedicatione verbi, & administratione Sacramentorum, tum in officiis Christianae charitatis, in erogandis eleemosynis, visitandis aegrotis, &c.

87. Tertiò Ecclesia dicitur Catholica. Quae appellatio distinguenda est certa ratione. Nam si intelligas de ecclesia universali absolute, Catholica ecclesia erit, quae amplectitur Catholicam doctrinam divinitus propositam de Messia, hoc est, omnium vide ab origine mundi fidelium Catholico consensu unanimiq; fide receptam
& cu-

Et custoditam. Et sic ad Ecclesiam Catholicam pertinent etiam Patriarcha & omnes fideles V. Testamenti.

88. Sin de Ecclesia N. Testamenti accipias, qua in his terris est, Catholica Ecclesia dicitur, qua est ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ in universo mundo, Matth. 28. v. 13. Mar. 14. v. 9. Col. 1. v. 6. per predicationem collecto, Marc. 16. v. 15. ex Iudaeis & gentibus, diruta, qua inter illos erat, matexie. Eph. 2. v. 14. 15. Et tum opponitur illa appellatio Ecclesiae V. T. qua fuit ordinarie collecta in uno populo Iudaeico, Psalm. 147. v. 19. 20. Rom. 3. & 9. Et conventiculis haereticorum. Quae oppositio Catholici & haeretici, itemq; schismatici, in primitiva Ecclesia fuit usitatissima.

89. Deniq; dicitur Catholica Ecclesia ad differentiam Ecclesiarum particularium, ex quibus ceu partibus illa colligitur. Sic Scriptura distinguit Ecclesiam κατὰ ὅλην τὴν οἰκουμένην ἢ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ per universum mundum dispersam, ab Ecclesiis κατὰ ὄνομα vel etiam κατὰ πόλιν collectis. Sicut Epistolae Catholicae dicuntur (& doctrina Catholica) quae non uni aut pluribus tantum particularibus Ecclesiis inscriptae sunt, sed in genere omnibus credentibus, ubi vis gentium de gentibus.

90. Sic Imperatores; Gratianus, Valentinianus & Theodosius L. cunctos populos C. de summa Trinitate & fide Catholica, Christianos Catholicos definiunt, qui credunt secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamq; doctrinam. Et opponunt Catholicos & haeticos. Sicut igitur ex doctrina Catholica, hoc est, Evangelica & Apostolica dicitur Christianus Catholicus, ita etiam ex eadem & propter eandem Ecclesia Catholica dicitur. Et contra ab haeretico dogmate vocantur haeretici.

91. Quarto dicitur ecclesia Apostolica: quia in N. T. ab Apostolis per predicationem Evangelii plantata & aedificata, per eandem Apostolicam doctrinam, in Scripturis divinis comprehensam, propagatur & conservatur ad finem usq; saeculi, Ephes. 2. v. 19. 20. Estis cives Sanctorum & domestici Dei, superaedificati super

C 4 fun-

fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari
lapi de Iesu Christo. Vbi fundamenti nomine intelligitur doctrina ab
Apostolis & Prophetis tradita: quæ unum hunc habet scopum sibi
propositum, ut ostendat Christum Mediatorem totius generis hu-
mani, & unicum salutis nostræ fundamentum, 1. Cor. 3. v. 11. teste
D. Petr. Act. 10. v. 43. Huic omnes Propheta testimonium perhibent,
remissionem peccatorum accipere per nomen ejus, omnes, qui cre-
dunt in eum.

92. Atq; respectu hujus doctrina, Apostolica Eccle-
sia est perpetua, etiam in V. Testamento, quia incepit ecclesia à prima
promissione de semine benedicto, Gen. 3. v. 15. quæ ecclesia cum una
sit, non gemina siue multiplex, omnino fatendum est, Apostolicam
doctrinam non cœpisse primum ab ascensione Christi in cœlos, ut
nonnulli vociferantur, sed idem esse fundamentum Prophetarum
& Apostolorum super quo est ecclesia edificata: quia nimirum Pro-
pheta prædixerunt eundem Christum in carne exhibendum, quem
Apostoli prædicarunt exhibitum. Eodemq; modo omnes credentes in
V. & N. Testamento justificantur, Act. 15. v. 11. nempe vera in Chri-
stum fide. Rom. 3. & 4. capp. Gal. 2. & 3.

93. Non igitur facimus cum illis, qui Apostolicam dici ec-
clesiam volunt, quod in Apostolis habuerit initium. Qui iidem ne-
gare cogentur, ecclesiam V. T. esse eandem illam ecclesiam, de qua in
Symbolo dicitur: Credo unam sanctam Catholicam ecclesiam.

94. Nos aliud discrimen inter ecclesiam V. & N. Testamē-
ti hic non admittimus, quam sicut à Prophetis distinguuntur Apo-
stoli, ratione temporis & revelationis, non autem in substantia do-
ctrina Evangelica: affirmantes Ecclesiam eandem esse, quæ extructa
est super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, hoc est, do-
ctrinam de Christo certo tempore exhibendo, ad eòq; nunc ante annos
mille sexcentos & amplius exhibitio.

95. Vtriq; enim Propheta & Apostoli ministri fuere unius
Domini, & unum Messiam docuerunt, & unam justificationis ra-
tionem, nempe fidem in Christum. Sic

96. Sic igitur vocabimus Ecclesiam Apostolicam, quemadmodum doctrina Apostolica dicitur, quæ est omnium temporum: ut non fingamus, Christum in carne exhibitum planè novam Ecclesiam fundasse, quæ nihil habeat commune cum Ecclesia Dei in V. Testamento, sed fateamur ab exordio mundi usque ad finem unam esse Ecclesiam, sanctam, Catholicam & Apostolicam: addita tamen iusta distinctione, quæ suprâ ostensa fuit.

97. Hujus Ecclesiæ veræ notæ, per quas agnoscitur, & à quibusvis aliis cætibus discernitur, duæ sunt: pura verbi divini prædicatio, & legitima Sacramentorum à Deo institutorum & Ecclesiæ commendatorum dispensatio.

98. Id quod hoc syllogismo demonstramus. Quicquid rem notandam certò ostendit, ei^q soli & semper convenit, atq; eam distinguit ab aliis rebus omnibus, & ei adequatur, ac proinde ab ea separari non potest: illud est ejus rei notandæ vera, certa & propria nota. Atqui pura Evangelii prædicatio, & legitimus Baptismi & S. Cæna usus juxta ipsius Christi Institutionem, rem notandam, nempe veram Ecclesiam N. Testamenti certò ostendit, ei^q soli & semper convenit, atq; eam distinguit à quibusvis aliis cætibus, & ei adequatur, ac proinde separari ab ea non potest. Ergo pura Evangelii prædicatio & legitimus Baptismi & S. Cæna usus juxta ipsius Christi Institutionem, est rei notandæ, nempe veræ Ecclesiæ N. T. vera, certa & propria nota.

99. Assumptum probatur I. Effectus proprius ostendit propriam causam: & proprium adiunctum ostendit proprium subjectum. Prædicare Evangelium & administrare Sacramenta iuxta Christi institutionem est effectus & officium Ecclesiæ proprium. Ergo ubi prædicatur Evangelium & administratur Sacramenta iuxta Christi institutionem, ibi est Ecclesia. Assumptum patet: quia ipse Deus officium illud Ecclesiæ diligenter commendavit, ut ostendit integra historia sacra V. & N. Testamenti. Neq; licet in Ecclesia publicè

D do-

docere & Sacramenta dispensare, nisi illis qui sunt legitime ad illud
murus vocati & constituti. Quia nimirum Dei ministri sunt & di-
vino mandato atq; autoritate docent, adeo ut qui eos audit, ipsum
audire Deum, & qui eos contemnit, ipsum Deum contemnere dica-
tur, Luc. 10. v. 16. vide etiam Matth. 28. v. 19. Rom. 15. v. 16. Ioh.
10. v. 16. c. 8. v. 47. Gal. 1. v. 8. 2. Iohan. v. 10. 2. Theff. 3. v. 6. unde
extruitur hoc theorema: Vera Christi ecclesia est, in qua sonat Chri-
sti vox & Sacramenta ab ipso instituta legitime dispensantur.

100. II. Ecclesie soli & semper convenire Evan-
gelii prædicationem & administrationem Sacramento-
rum, inde liquet: quia extra Ecclesiam non sonat Evangelium, neq;
Sacramenta dispensantur: Nimirum quia hoc officium ecclesie est
proprium, cui Deus sese certo verbo manifestavit, & illud aliis et-
iam annuntiari mandavit. Unde quidam Papista fatentur, & ur-
gent veram Scripturæ interpretationem & sententiam in sola Eccle-
sia inveniri & haberi, extra eam frustra queri. Iam interpretari
Scripturam est proprium Doctoris Evangelici. Quare si Scriptu-
ram interpretatur sola Dei Ecclesia: certum est, solam Dei Ecclesiam
docere sacram Scripturam, & prædicare. Idem de Sacramentis est
iudicium.

101. III. Evangelii prædicatio & Sacramentorum
dispensatio distinguunt Ecclesiam à quibusvis aliis cœti-
bus. Quemadmodum enim ex Evangelii semine immortalis nasci-
tur Ecclesia, & ex aqua & spiritu gignitur: ita fieri non potest quin
prædicatio Evangelii & dispensatio Sacramentorum ostendant ve-
ram Ecclesiam jam constitutam, tam certo atq; sermo ostendit homi-
nem. Effectus enim proprius & officium proprium non potest nisi
proprie causæ & subjecto tribui.

102. IV. Prædicatio Evangelii & usus Sacramen-
torum adæquantur Ecclesie, hoc est, aequè late patent, sicut pro-
pria causa & proprius effectus, itémq; subjectum & adjunctum pro-
prium. Quorum uno posito alterum ponitur, uno sublato alterum et-
iam tollitur.

5. Præ-

103. V. Prædicatio Evangelii & usus Sacramen-
torum non possunt ab Ecclesia separari, *subintellige, quandiu
Ecclesia manet. Corrupta enim vel planè sublatâ prædicatione ver-
bi & Sacramentorum dispensatione, ecclesia corrumpitur, vel planè
interit: ut ostendunt exempla plurimarum ecclesiarum, imprimis
Orientalium.*

104. Firma igitur perstat conclusio. Nam qui vocat homi-
nes ad Ecclesiam Deus est; utens hominum ministerio in ea vocatio-
ne. Vocat autem per Verbum & Sacramenta. Quare ubicunq; illa
vocatio locum habet, ibi verbum & Sacramenta esse necesse est: Et
rursum ubi Evangelii verbum auditur & Sacramenta dispensan-
tur, certum est, adesse Deum & vocare homines ad salutem.

105. Caterum de hæreticis fundamentum religionis oppu-
gnantibus, dici hoc non potest. Non enim illos Deus misit, neque ad
Deum homines illi vocant & invitant, sed ad suos errores: neg, præ-
dicant verbum Dei, sed illud corrumpunt & detorquent contra
Deum, ad stabilicndas suas hæreses.

106. Vnde patet vitium Papiistica objectionis, de hæreticis
veritatem suæ prædicationis & Sacramentorum jactantibus. Qui
est elenchus accidentis. Aliud enim est veritas, aliud vana opi-
nio hominum. Aliud ipsa vera fides, aliud vana fidei per-
suasio & iactantia. Neg, pro casta virgine habendum est impurum
scortum fucus exquisitè pictum, & nitidis vestibus indutum, verbisq;
disertis castitatem suam jactans. Summa: Ecclesiæ veritas, non ex
hominum opinionibus sive judiciis, sive verbis, sive etiam externo
splendore, sed ex ipso Dei verbo in Scripturis sacris comprehenso, &
integra Sacramentorum à Christo institutorum, & legitima dispen-
satione æstimanda atq; ostendenda est. Vide Augustinum eruditè de
hoc argumento disputantem lib. 3. de Baptismo contra Donatistas, c.
capit. 19.

107. Notas ecclesiæ à Papiſtis proponi solitas examinabi-
mus in ipsa familiari συζητήσει.

108. Concludimus hoc argumentum tali syllogismo. Vera Christi ecclesia est una, sancta, Catholica, Apostolica: in qua sonat verbum Dei, & Sacramenta legitimè juxta divinam institutionem dispensantur. Ecclesia Lutherana (quam vocant) est ejusmodi: id quod cui vis dicti rationem à nobis flagitanti demonstraturos nos recipimus. Quare ecclesia Lutherana (quam vocant) est vera Christi Ecclesia. Quæ ubi & qualis fuerit superioribus seculis, expediemus in ipso cursu disputationis.

109. Pro coronide attexemus questionem nobilem: An Ecclesia possit errare. Quam explicaturi, subjectum & prædicatum exponimus.

110. Ecclesia, ut supra diximus, accipitur variè, vel pro toto cætu vocatorum, vel pro cætu piorum in cælo triumphantium, vel pro cætu piorum in terris militantium, vel pro universali ecclesia, vel pro particulari, vel pro Doctoribus, vel pro auditoribus.

111. Errare significat deflectere de via homini divinitus in verbo vite præscripta: quæ via ducit per rectos tramites veræ fidei & charitatis. Unde error duplex, in fide & operibus, sive in doctrina & moribus.

112. Quando igitur queritur: An ecclesia possit errare: non est ut respondeas de Ecclesia triumphante, quæ ab omni metu erroris in fide & vita planè libera est.

113. Neg, affirmabis de ecclesia universali, quæ ab orbe condito fuit, duratura usq, ad finem, quod tota simul & semel in fundamento fidei erraverit, vel erret. Nam Deus omni tempore suos habet in Ecclesia in his terris electos aliquos saltem, à quibus rectè & purè agnoscatur & colatur, juxta illud: Credo sanctam ecclesiam.

114. De particularibus verò ecclesiis nulla est in ea questione difficultas, quas & Dei verbum, & historia, & experientia testatur, tam in fide, quàm in moribus errare posse, & nimium sæpè erravisse, & etiamnum errare, tam ex Doctorum sive pastorum parte, quàm auditorum.

Quid

115. Quid igitur superest, de quo conquerantur Papista? Clamant, ecclesiam errare non posse: allatis multis argumentis, vel potius meris sophismatis.

116. Quibus ut brevissimè, si fieri possit, satisfaciam, requiro ab ipsis utriusque termini, antecedentis & consequentis, expositionem.

117. Vbi longis ambagibus & plurimis verbis nos defatigârunt, huc tandem veniunt, ut dicant, Papam Romanum, auctoritate Papali de fide aliquid decernentem, non posse errare.

118. At, inquam ego, unus Papa Romanus non est ecclesia. Expositio igitur illa planè deviat ab ipsa voce. Qui error est primus in subjecto.

119. Deinde Papa Romanus, testibus Romanis Scriptoribus, potest diabolicis artibus operam dare, idola colere, flagitiosissimè vivere: Et negabis tu errare illum posse?

120. Vitâ, inquis, & moribus errare potest, imò etiam in fide privatim, sed non in sede Petri, quando pronunciat ex auctoritate Papali.

121. Vnde verò hæc nata distinctio? Et quòdnam ejus est fundamentum? Non jam libet historias repetere de erroribus nimis multis & magnis, à Papis publicè propositis & defensis. Et annon hoc ipsum graviter errare est, aliter privatim de fide sentire, aliter publicè de eadem decernere & loqui? Alter igitur hic elenchus est, isq; multiplex, in predicato.

122. Nos totam eam questionem ita decidimus, ut affirmemus, Ecclesiam, quandiu unice sequitur vocem Magistri sui, (regulam fidei & vitæ perfectissimam,) non errare: quoties verò ab ea desleat, hallucinari.


123. Vbi notamus etiam illud, Ecclesiam habere suos gradus in doctrina puritate, & Ambrosio teste lib. 4. Hexaemeri, c. 8. instar Luna (à Sole illo justitiæ lumen suum mutuantis) suos defectus & ortus frequentes, sua decremента & incrementa, prout nimirum ad

solem illum propius accedit, vel ab eo longius recedit: ut modo purior sit & sincerior, modo contrà. Et semper discerni, adeòq. separari debent errores, qui doctrina Evangelii admiscuntur, ab ipsa veritate & puritate Evangelica, sicut scoria ab auro, & Zizania à tritico. Distinguendum etiam est inter corruptum ministerium publicum, & inter totam Ecclesiam. Fieri enim sæpè solet, ut puriores habeant aures & mentes Christiani auditores, quàm sint corda & ora ministrorum. Aliq. similia animadvertenda sunt, de quibus inter colloquendum videbimus.


HONOR DOMINO nostro JESU CHRISTO.


FINIS.








3
4
2
3
2
38
39
42 50
48 49
44 48
47
45

















5
IV.

ca genus non est ars nec prudentia.

ut prolixi simus, nulla flagitat nece sitas: unico igr
ur: quicumq; habitus philosophicus non est practi-
ca vitia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ
adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Meta-
phis habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit.
t prudentiæ propria indoles, uti minorem ipsius
a, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte
dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc ar-
ti non competit definitio artis, illius genus ars esse
ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Major
tio generis competit speciei generi subjectæ, quia
eò est corpus animatum sensu præditum. Minor
one artis. Ars, inq; Philosophus 6. Ethic. est habi-
tfectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men-
theor. transe. disp. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra-
yfica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi-
es habitus practici: Forlan species alicui compe-
genus illius speciei? quod ego non crediderim,
omo sit & non animal. Hac ille. Artem contem-
m Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor.
p. 20. proclamamus σιδυρόζυλον. Nec juvat eum
io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore
quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc.
b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n.
p. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

ca genus non est intelligentia.

ulio non aded sit apud Dd. Metaph. controver-
a brevis ero: sicuti a. de scientia strictly ita dicta
lided non possit esse genus Metaphysicæ, quia
siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic
æ constituere nequeat, quia præcisè Principia
mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin-
a. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-
A 3 jor